

Pontificia Università della Santa Croce (PUSC) – Pontificia Università Antonianum (PUA)
Rome, April, 29th-30th 2021 / Roma 29-30 Aprile 2021

Fr. Witold Salamon
Handout con le note più importanti

1) Della vita di Guglielmo di Ware non abbiamo quasi nessun dato sicuro – né della sua nascita né della sua morte. Cronologia della sua vita ricavata dai suoi scritti e dalle testimonianze posteriori la troviamo in: Elia Magrini, *La produzione letteraria di Ware*, Miscellanea Francescana 38(1938), p. 421-429; Francisco De Guimaraens, *La doctrine des théologiens sur l'Immaculée Conception de 1250 à 1350*, Études Franciscaines, N. S. 4 (1953), p. 25-30; Aquilin Emmen, *Wilhelm von Ware*, Lexikon für Theologie und Kirche (LThK), ed. J. Höfer, K. Rahner, Verlag Herder Freiburg 1965, vol. 10, p. 1154-1155; Ephrem Lonpré, *Maitres franciscains de Paris. Guillaume de Ware OFM*, La France Franciscaine 5(1922), p. 72-77; Antonie Vos, *John Duns Scotus. A Life*, Studies in the History of the Church and Theology, vol. 2, ed. Andreas J. Beck, Summum Academic Publications, Kampen 2018, p. 206-208. Nell'ultima pubblicazione Vos presenta un'ipotesi sulla morte di Guglielmo di Ware nel 1299 (a p. 207-208).

2) [Carlo Balić], *Les commentaires de Jean Duns Scot sur les quatre livre des sentences. Étude historique et critique*, Louvain 1927, p. 59-61, nota 5. Balić riporta qui il testo del commento alle Sentenze di Tommaso de Rossi trovato nel manoscritto 24 [Z. L. CCCCXCV] B [coloc. 1711] della biblioteca san Marco di Venezia. Parlando della Immacolata Concezione della Beata Vergine Maria Tommaso attribuisce a Guglielmo di Ware la stessa opinione che aveva Duns Scoto e scrive sul f. 132r (lib. III d. 3 q. 1): "Et ille antiquus doctor magister **Villelmus Vare qui fuit magister Scoti**, ibidem". Sui fogli 141ra-141va Tommaso discute la questione se nel caso la Vergine Maria fosse morta prima della passione di Cristo, si sarebbe aperta per lei la porta del cielo. Riportando l'opinione positiva a proposito, cioè che non è inconveniente attribuire a Maria tale prerogativa per i meriti della prevista passione di Cristo, Tommaso de Rossi scrive: "Verumtamen in prima ratione se magis arestat iste doctor prenotatus **Guillielmus Vare** nostri ordinis qui **fuit magister** ut dixi **Doctoris Subtilis Scoti** nostri ordinis".

3) Bartholomaeus de Pisa, *De conformitate vitae Beati Francisci ad vitam Domini Iesu*, in *Analecta Franciscana*, t. IV, ed. Collegium S. Bonaventurae, Ad Claras Aquas (Quaracchi) 1906 lib. I, fructus 8, pars 2, p. 337: „Frater Ioannes **Guarro anglicus, Scoti Magister**, scripsit super libros Sententiarum, et plura alia fecit”; fructus 11, pars 2, p. 545-546: „locum **Ware**, de quo fuit magister Ioannes, qui scripsit super Sententias, et **fuit, ut dicitur, magister doctoris subtilis Scoti**”. Bartolomeo lo chiama erroneamente Ioannes, perché nei codici troviamo in modo unanime il nome Gulielmus – chiamato anche Guarra, Guarro, de Warre, Varro e altri (cfr. Fr. Gulielmi Guarrae, fr. Ioannis Duns Scoti, fr. Petri Aureoli *Quaestiones disputate de Immaculata Conceptione B. V. M.*, ed. Ad Claras Aquas 1904, p. XV).

4) Aquilin Emmen, *Wilhelm von Ware Duns Scotus' Vorläufer in der Immaculatalehre*, Antonianum, 40(1965), p. 363-393.

5) Antonie Vos, *The Philosophy of John Duns Scotus*, Edinburgh University Press 2006, p. 52. Vos non tiene conto dell'opinione di Palémon Glorieux, il quale con grande probabilità considerava Guglielmo di Ware *magister regens* dell'Università di Parigi, senza indicare però la data precisa,

vedi: *Maître franciscains régents à Paris. Mise au point*, Recherches de Théologie ancienne et médiévale 18(1951), p. 332.

6) Vos, *The Philosophy of John Duns Scotus*, p. 52. Vos fa anche riferimento a Franz Ehrle, il quale, secondo Vos, avrebbe rifiutato l'opinione della tradizione (vale a dire: *Vare fuit magister Scoti*) circa venti anni prima della critica di Pelster. Per confermare quest'affermazione non riporta però nessun testo di Ehrle. La nota 90 a p. 51 fa riferimento ad "Analecta Franciscana" 4(1906) ove veniva pubblicato il testo di Bartolomeo di Pisa. Va precisato qui che la citazione da parte di Vos è sbagliata, perché egli scrive: AFH 4(1906), invece di AF (AFH sta per Archivum Franciscanum Historicum – come indica stesso Vos nell'elenco delle abbreviazioni a p. XI). A proposito mi chiedo: se Ehrle aveva espresso in realtà una tale opinione, perché non è stata presa in considerazione da parte del suo confratello gesuita Pelster? Infatti Pelster non menziona una tale posizione di Ehrle in nessuno dei suoi due articoli in cui tratta la problematica – vedi: Pelster, *Handschriftliches zu Skotus mit neuen Angaben über sein Leben*, Franziskanische Studien 10(1923), p. 1-32 e Pelster, *Duns Scotus nach englischen Handschriften*, Zeitschrift für katholische Theologie 51(1927), p. 65-80.

7) Gedeon Gàl, *Gulielmi de Ware OFM doctrina philosophica per summa capita proposita*, Franciscan Studies 14(1954), p. 160-169. Ecco l'elenco delle questioni citate da Gàl secondo le formulazioni del cod. lat. 1424 der Wiener Hofbibliothek: 1) Prologus q. 2: "Utrum homo per donum aliquod supernaturale possit pervenire ad aliquam scientiam, ad quam non possit pervenire per dona naturalia"; 2) q. 19 – lib. I d. 2 q. 6: "Utrum quod videtur ab aliquo cognoscitive quocumque modo videatur in lumine alio quam sit intellectus agentis" (ed. Daniels, 1913, p. 311-318); 3) q. 20 – lib. I d. 2 q. 7: "Utrum per creaturas possit homo aliquid scire de Deo"; 4) q. 28 – lib. I d. 3 q. 4: "Utrum intellectus agens pertineat ad imaginem"; 5) q. 84 – lib. I d. 27 q. 2: "Utrum verbum mentis nostrae sit aliquid inhaerens menti nostrae"; 6) q. 85 – lib. I d. 27 q. 3: "Utrum verbum secundum quod est pars imaginis et perfecte repraesentat Verbum increatum sit terminus intellectionis vel principium" (ed. Michael Schmaus, *Der Liber propugnatorius des Thomas Anglicus und die Lehrunterschiede zwischen Thomas von Aquin und Duns Scotus. II Teil: Die trinitarischen Lehrdifferenzen*, Verlag der Aschendorffschen Verlagsbuchhandlung, Münster 1930, p. 253*-271*); 7) q. 129 – lib. II d. 3 pars 2 q. 3: "Utrum species requiratur in intellectu propter defectum potentiae vel propter absentiam obiecti". Oltre le sette questioni saranno aggiunte altre tre tratte dal IV libro, cioè: q. 210 (lib. IV q. 19): "Utrum angeli possint cognoscere substantiam corporis Christi esse sub hostia", q. 211 (lib. IV q. 20): "Utrum oculus glorificatus posset cognoscere corpus Christi in altari", q. 212 (lib. IV q. 21): "Utrum Christus possit se ipsum videre oculo corporali u test sub hostia". La trascrizione di otto finora non pubblicate questioni sarà annessa nell'appendice all'articolo.

8) Gulielmus de Ware, *Sent.* q. 210 (lib. IV q. 19) cod F³ – Firenze, bibl. Laurentiana, PL. 33 dextr. 1, f. 204r-v: Quod sic, nullum obstaculum corporale potest praestare impedimentum virtuti naturali prout improportionem, sed in proposito non est obstaculum nisi propter velamen specierum corporalium, quare etc. Sit quantumque aliquod cognoscitivum, habet principium formale per respectum ad aliquam actionem. Videtur quod talem actionem possit elicere, sed angeli habent

Pontificia Università della Santa Croce (PUSC) – Pontificia Università Antonianum (PUA)
Rome, April, 29th-30th 2021 / Roma 29-30 Aprile 2021

omnes species innatas, vel ad minus possint acquirere; igitur ubicumque ponatur corpus, dummodo habeant speciem (f. 204v) illius, possunt illud cognoscere.

Contra *D a m a s c e n u s*, lib. IV, cap. 5, dicit quod hoc ultra omnem cognitionem et intelligentiam, ideo angelus intelligentia sua non potest illud capere.

Dicunt aliqui, loquendo de cognitione supernaturali, possibile est quod angelus cognoscat hoc per aliquod donum supernaturale. Sed utrum mere virtute naturae possit ibi cognoscere substantiam corporis Christi, de hoc est dubio. Unde ponunt aliqui quod angelus potest scire et cognoscere et videre substantiam corporis Christi in esse nondum potest scire modum per quem est ibi. Primum ostendunt per intellectionem diversam hominis et angeli, scilicet quod una est cum discursu et alia sine discursu, immo est per simplicem intuitum. Et quia angelus sic cognoscit simplici intuitu, et fertur in cognitionem entium et accidentis, et ea quae circumiacent quiditatibus entium non celant ab eis quiditates sicut essentias rerum; et ideo angelus immediate videre potest intra dimensiones hostiae esse substantiam corporis Christi, licet homo qui cognoscit discursive non possit quod intellectus noster coniunctus per accidentia in cognitionem substantiae et quiditatis, ex *I De anima*, accidentia partem magnam conferunt ad cognoscendum quod quid est. Incipit igitur cognitio naturaliter a sensu et nulla substantia est sensibilis nisi mediantibus accidentibus. Cum igitur in hostia sint accidentia corporis Christi mediante substantia et nullum accidens nostrum sensum immutet, sed solum appareant nobis accidentia panis, licet possumus ratiocinando concludere quod non implicat contradictionem, nec est impossibile Deo quod substantia panis convertatur in substantiam corporis. Cum substantia corporis Christi est in hostia, nec sensu, nec imagine, nec intellectu videre possumus, sed solum hoc fide tenemus, nisi accipitur videre large sicut aliqua videntur in aenigmate”.

f. 205r: “Item, dico propter tantum sacramentum et eius nobilitatem quod nulla creata virtute naturali illud scire potest.

Ad primum argumentum positionis dicendum quod substantia est obiectum per se, non quantumcumque modo sed modo naturali. Aliter autem existens inducit rationem obiecti oppositi. Sic autem est in proposito quod non stat substantia corporis Christi ut potens naturaliter movere potentiam intellectivam, et ideo quantumcumque sit substantia, omnium non sequitur quod cognoscatur ut hic existit, naturali dico cognitione...

Ad primum principale dicitur quod impeditum non sunt ipsae species, sed hoc est impeditum, quia substantia corporis Christi ibi existit modo improporionali virtuti naturali et modo naturali”.

9) Gulielmus de Ware, *Sent.* q. 211 (lib. IV q. 20) cod. F³ – Firenze, bibl. Laurentiana, PL. 33 dextr. 1, f. 205v: „Si igitur corpus Christi existens in hostia deberet agere in visum, et res sicut se habet ad esse sic ad agere, immediate movet visum substantia, et mediante substantia moveret visum quantitas, et mediante quantitate qualitas; et esset ibi totus modus contrarius modo quem videmus in actione sensibilium, quia stare non potest. Immo cum substantia sit sensibilis, omnino per accidens et immediate non possit agere; et etiam cum quantitas per se nisi qualitas intercidat media, non possit movere sensum. Patet ex parte ipsius obiecti sensibilis quod Christus existens sub hostia nec visu nec alio sensu sentiri potest, quod primo proponebatur declarandum.

Secunda via ad ostendendum hoc idem ex parte modi agendi, quod de levi patet. Nam modus agendi in visum, ut tactum est, est per modum pyramidis basis, est quantitas rei visae. Numquam enim potest pyramis nisi habeat basim extensam; numquam igitur poterimus salvare

Pontificia Università della Santa Croce (PUSC) – Pontificia Università Antonianum (PUA)
Rome, April, 29th-30th 2021 / Roma 29-30 Aprile 2021

modum agendi vel videndi ratione, cuius non possumus dicere quod Christus videatur in hostia. Hoc autem patet ex hoc eo quod non est in hostia modo extenso, quia non est totus Christus in tota hostia modo extenso, quia non est totus Christus in tota hostia et pars in parte, sed totus in tota, et totus in qualibet parte. . Quod autem sic se habet alicubi, non patet esse basis alicuius pyramidis; sursum quia est ibi quantitas mediante substantia, et non est ibi Christus quantitative, licet sit ibi quantus. Cum pyramis non possit, non possit fundari immediate super substantiam. Cum pyramis et omnis figura sit qualitas in quantitate, ut dicitur in *Praedicamentis* capitulo de quantitate in quarta specie, et etiam habetur I *Metaphysicae*, nullo modo salvare possumus quod Christus videatur sub hostia ab aliquo oculo, cum ibi non possimus salvare modum agendi vel videndi. Numquam enim agens agit in patiens nisi sit ibi debitus ordo et debita processio inter actum et passum, et non sit ibi omnis ille modus qui de necessitate requiritur ad actionem et passionem. Sicut autem ablato modo agendi cessat actio, sic non existente modo videndi non est visio.

Tertia via ex parte medii sic habetur: numquam sensibile movet sensum nisi immediate attingat medium, per quod deferatur species sensibilis usque ad organum sensus. Christus autem ut est in hostia, nullo modo immediate attingit aerem. Ipsa igitur hostia vel ipsae dimensiones panis poterunt percipi visu. Christus autem ibi existens videri non poterit. Non enim possumus dicere quod, quia dimensiones illae videntur sub quibus existit Christus, quod ideo Christus videatur per accidens, sicut filius Cleonis per accidens videtur, quod vere superficies colorata, sub qua existit filius Cleonis, videtur per se. Nam dimensiones hostiae non sunt in Christo sicut in sacramento, sicut superficies colorata est, ut in sacramento, in filio Cleonis; et illae dimensiones panis non sunt aptae natae ducere in cognitionem substantiae corporis Christi, sicut illa superficies est apta nata ducere in cognitionem substantiae filii Cleonis. Patet igitur Christum non videri ab aliquo oculo nec percipi ab aliquo sensu prout habet esse sub hostia”.

10) Gulielmus de Ware, *Sent.* q. 212 (lib. IV q. 21) cod. F³ – Firenze, bibl. Laurentiana, PL. 33 dextr. 1, f. 205v-206r: „Contra, nullum sensibile positum immediate videri potest, sed ibi sunt partes corporis positae super sensum, quia ubi oculus ibi manus et ubi una pars ibi omnes, quare etc.

Dicitur quod Christus, ut existens sacramentaliter, nullo modo videt se ipsum, quia ad hoc quod actio cuiuscumque sit, oportet quod sit ibi debita dispositio a parte activi et etiam a parte passivi; sed in proposito utrumque deficit. Quod autem activum sit dispositum patet, tamen quia in hoc sacramento primo et per se est substantia, de cuius ratione non est quod possit immediate movere visum propter causam dictam in alia quaestione. Quod etiam passum sit indispositum patet, quia oculus Christi existit ibi modo inextenso nec per respectum ad extra potest immutari; et ad hoc probandum sunt rationes positae in praecedenti quaestione, probantes quod corpus Christi, ut existit sub hostia, non possit videri (f. 206r) ab aliquo alio glorioso vel non glorioso. Et per omnes rationes ostendi potest, tam a parte obiecti quam a parte medii, quod Christus in hostia non posset se ipsum videre, ut ibi existit, propter tamen illas rationes sumptas a parte sensibili.

Possumus addere rationes ex parte organi, triplici enim via concludere possumus oculum Christi ut est in hostia, non esse in dispositione illa qua possit a sensibili immutari. Primo, quia numquam visus est in ea dispositione ut possit immutari a visibili nisi sit debita distantia inter organum et rem visum. Sensibile enim positum supra sensum nullum facit sensum, ut dicitur in secundo *De anima*. Quia igitur sic est Christus in hostia, quod ubi est oculus ibi est quodlibet

Pontificia Università della Santa Croce (PUSC) – Pontificia Università Antonianum (PUA)
Rome, April, 29th-30th 2021 / Roma 29-30 Aprile 2021

membrum Christi, ut oculus Christi existit in hostia, nullum membrum Christi videre poterit. Non ergo Christus, ut existit in hostia, se ipsum videre potest.

Secundo declaratur hoc idem, si consideremus iudicium super sensibilibus; nam nisi organum habeat esse modo qualitativo, numquam poterit iudicare recte de re visa. Nam ideo dextra apparet dextra et sinistra – sinistra, et non falluntur in videndo et iudicando esse a dextris qui sunt a sinistris, quia per partem dexteram organi iudicamus de dextris, per sinistram partem – de sinistris. Cum igitur oculus Christi non sit modo quantitativo in hostia, non videbit se Christus ut ibi existit, quia non haberet rectum iudicium de re visa. Hoc est causa non solum, arguit, oculum Christi non esse in ea dispositione in hostia qua recte possit iudicare de visibili, sed per dictam causam manifeste habetur non esse in ea dispositione qua possit habere aliquod iudicium de re visa, quia numquam fit visio nisi visibile quodammodo diametraliter imprimat suam speciem in organum sensitivum. Cum igitur diametralis impressio quemdam modo quantitativum importet oculum Christi, quia modo quantitativo non est in hostia ut ibi existit, non poterit suscipere speciem et per consequens non erit visio nec iudicium de re visa.

Potest tertio hoc idem ostendi, quia nullum naturale agens attingit passivum ut est quid, sed ut est quantum vel est quale. Sicut enim a nulla substantia creata egreditur actio immediata, sed omne creatum agit per aliquam virtutem superadditam suae substantiae, sicut nulla causa ab aliquo creato agente ut habet rationem passivi immediate attingitur ut est quid. Ostendebatur enim in composito primae propositionis solum Deum immediate attingere passivum ut est quid. Dicamus igitur quod, sicut Christus non videtur in hostia quia ut ibi existit, non est in ea dispositione qua possit sentire et qua possit organum immutare, quia nulla substantia potest immediate immutare sensum nec est principium immediatum alicuius actionis, sic oculus Christi, ut ibi existit, non est in ea dispositione qua possit pati et speciem recipere a sensibili, quia substantia non potest esse immediatum principium passionis. Nam cum quiditas et substantia creata considerantur sine quanto et sine quali, nec consideratur ut activa nec ut passiva, si igitur omnia accidentia corporis Christi in hostia non immutabit nec immutabitur nec videbit nec videbitur. Apparet igitur quod modo imposibilius esse Christum in hostia existens videri a se ipso quam ab alio. Nam quod nos non videmus Christum ut ibi existit, non convenit ex parte organi. Est enim oculus noster in ea dispositione qua potest immutari a sensibili, sed tota causa succeditur ex parte obiecti, ut quia Christus non est in hostia sub ea dispositione qua possit ipsum immutare, sed quod Christus ratione qua extra in hostia se non videt tam ex organo quam ex obiecto, ratio summi potest, quia neutrum ut ibi existunt, est in dispositione ad actionem et ad passionem”.

11) Witold Grzegorz Salamon OFM, *Il problema della conoscenza intuitiva dell'esistenza del corpo di Cristo nell'Eucaristia. Analisi delle questioni 2-3, Ord. IV d. 10 n. 376-449 (XII 163-183)* in: “Francescanesimo e mondo attuale: stile di vita francescana”, Miscellanea in onore di José Antonio Merino Abad ofm, a cura di Agustín Hernández Vidales ofm, Edizioni Antonianum, Roma 2016, p. 443-454.